



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

VI. De Mutuo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

C A P V T VI.

De Contractu Mutui.

47. *Videtur Mutuum?* Quo quis alteri rem suam tradit ad usum, ut statim fiat accipientis, & restituat postea tantundem eiusdem rationis, & qualitatis.

48. *Quenam Mutui materia?* Res usu consumptibilis, ut pecunia, &c.

49. *Quidnam pertinet ad Mutuum?* Profectio rei traditionis: ut sit ex numero rerum, quae mutuo dari possunt: ut gratis tradatur.

50. *Quoniammodo res mutuo accepta reddenda est?* In eadem qualitate, & bonitate intrinseca.

51. *Indica Mutui divisiones.* Diuiditur multiplicitate, tum ex parte rei, quae traditur, in rem quae consistat in numero, vel pondere, vel mensura: tum ex parte modi, in expressum, & tacitum: tum aliis modis secundum Iurisperitos.

52. *Quinam mutuo dare possunt?* Omnes, quibus liberarum rerum administratio non est interdicta. *Filius familiæ accipiens mutuum, tenetur ne in foro externo ad restitucionem?* Si accepit absque patris consensu, non tenetur ob Senat, Consul, Macedonian. At in foro conscientia inebitur. *Ecclesia autem ciuitas tenentur ne de mutuo?* Ita quidem, quatenus mutuum versum sit in earum utilitatem. *An minor tenetur soluere mutuum suo nomine à curatore acceptum?* Minime, nisi creditor proberet fuisse in utilitatem minoris conuersum. *Vitiatur res mutuata, nec usque ad constitutum tempus reddenda est: tenetur ne mutuatarij de vicio monere?* Procul dubio tenetur. *Quod si nec moneat, nec suo tempore reddat, tenetur ad damna.*

53. *Qualis reddenda res mutuata?* Debet mutuatarius rem eandem in specie reddere, in quantitate, in bonitate saltem intrinseca, & in omni euentu, etiam si casu fortuito periret;